



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

15. Martij. Idibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*exsufflare à nobis, ut nullus eis detur  
accessus.*



15. Martij. Idibus.

S RAYMUNDE, Abbas Fiterij: qui *Obijt*  
peractis inter literas juvenilibus an- *anno*  
nis, Canonicis in urbe Turasionensi *1163.*  
adscriptus; ut vitæ innocentiam sub  
tutio scuto servares, sub umbra clau- *Ex Cz.*  
stralí Ordinis Cisterciensis in monaste *nonico*  
rio Scalæ Dei latere, & orbi ignotus fit mo-  
esse voluisti. At alia sunt hominum, ac *nachus*  
Dei judicia. Non potuit diu delitescere  
fulmen, quo ferocissima Maurorum  
gens aliquando ex Hispanijs erat pro-  
fliganda. Contigit ergo, ut Abbas pro  
Ordinis consuetudine, tunc admodum *Emitti-*  
frequenti, novas sedes emittendis in *tur in*  
regnum Castellæ monachis quæreret. *regnū*  
Huic operi tu unà cum Durando desi-  
gnatus, primò pedem in monte Yerga  
fixisti. Cùm verò locus propter ade-  
undi difficultatem monasterio non sa-  
tis foret idoneus; post annuam mo-  
ram ad vallem, cui Nienzabas nomen, *Fiteriū*  
inde Fiterium migrasti: ditionis illius *condit.*  
domino monasterium protinus ad vo-  
tum construente; dotémque addente

Al-

*Mauri*  
*Calat-*  
*travæ*  
*immi-*  
*nent:*  
*quos*  
*fugat,*  
*O cap-*  
*tarum*  
*urbiū*  
*spolia*  
*repor-*  
*tat.*  
*Leges*  
*militiæ*  
*condit.*

Alphonso rege. Quo fatis rapto, successoris Sanctij juventutem despicienes barbari, ingenti exercitu Calatravæ imminebant: ita ut illam, et si munitissimam, propugnatores, Templarij milites, nondum conspecto hoste, deseruerint. Tu interea Durando Abbatii succedens, ac negotiorum causâ Toletum delatus, Calatravæ defensionem, annuente & gratulante rege, intercepisti. Suaserat id maximè Didacus Velasquez, strenuus quondam regis Alphonsi miles, & tunc Fiterij monachus. Igitur scripta, vel (ut plerique arbitrabantur) divino potius ductu coalescente, valida manu, non solum Calatravam tenuisti innoxiam: sed insuper barbaros, nec obsidionem, nec pugnam ausos, insectatus, vietricia per totum regnum arma circumferens, hostium vires adeò attrivisti: ut plurimas magni nominis urbes arcésque intuam potestatem redegeris. Admirante Hispania, quod, rebus planè desperatis, pauperculi monachi, in munimentum non tam sui regni, quam orbis Christiani, repente assurrexissent. Ne autem tam nobile genus militiæ cum tempore dissolvetur: leges, quibus parerent, ea prudentiâ moderatus es; ut cucullati milites, & contra principem

pem tenebrarum oratione ac spiritu,  
 & contra concolorem dæmonibus *Origo*  
 gentem ferro præliarentur. Et hæc est *Militia*  
*origo Militiæ sacræ Equitum de Cala-* *ris Or-*  
*trava: quæ innumeris de Mauro hoste* *dinis*  
*victorijs inclyta, gloriosam nominis* *Equitū*  
*sui famam ad hanc usque nostram æ-* *de Ca-*  
*tatem propagavit. Rebus denique per* *Latra-*  
*omnia saluberrimè constitutis, subro* *va.*  
*gatōque alio, quem venerarentur, du-*  
*ce, tu vitæ annos residuos solitariæ pi-*  
*etati impendisti: qua tibi viam ad æ-*  
*ternos victoriarum triumphos aperi-*  
*res. Quorum appendix quædam fuere* *Mira-*  
*prodigia; quæ obitum tuum, velut de* *cula*  
*subacta etiam morte manubiæ, seque-* *post*  
*bantur. Excepit eadem pompa sacri* *mortem*  
*corporis translationem: quam hac die* *factam esse, fide majorum satiis com-*  
*pertum est. Vulgare proverbium est: Ne Victo-*  
*Hercules quidem contra duos. At tu illo ria de*  
*major, de duobus infensissimis ac fortissi-* *hoste*  
*mis hostiibus erexisti trophæa. Sufficiet mihi invisi-*  
*si, te mecum pugnante, invisibilem inimi-* *bili-*  
*cum ita per somuero; ut mors mea sit de il-*  
*lo subacto triumphus.*

B. JOANNES: qui hanc miserijs, *Floruit*  
 & malis scatentem mundi vallem de *anno*  
*Serturus, prudens arripuisti consilium,* 1139.  
*dum ad Bonam Vallem, Cisterciensis*  
*Instituti monasterium, descendisti: ubi*  
*san-*

190 ANNI CISTERCIENS.

sancti Hugonis Abbatis paterna insti-  
tutione, docilem ad omnes disciplinas  
animum tam feliciter excoluisti: ut e-

Tyronū rudiendis tyronibus præfectus, tot ferè  
in signis post te reliqueris magistros, quot disci-  
magi- pulos aceperas. Nec opere segnius  
ster. quām verbo do cebas. Cura prima e-  
rat, corpus severa castigatione ad fun-  
dum suæ vilitatis ac servitutis-depri-  
mere: ut ab illo pondere sublevatus  
spiritus, nativa libertate ad suum prin-  
cipium elevaretur. Atque ex hac po-

Præscit tissimum scientia didicisti feliciter in-  
mortis stantem tuæ, & confratris Mauriti  
horam. (nam simul obijstis) mortis horam.

Præpa- O scientiam supra omnes alias fortunatiss.  
ratio ad mam! quam ei iam si affeceturum me, non  
mortē. ausim sperare: hoc tamen obnixè rogo, ut  
doceas me per singula momenta sic vivere,  
quasi proximo quoque moriurum.

S. BERARDUS, ser. 20. in Cant.

Gemi- | Inclina tibi, Deus, modicum, quod in  
tus ani- me dignatus es esse: atq; de mea mi-  
mi pœ- sera vita suscipe, obsecro, residuum  
tentis. annorum meorum. Pro his vero, quos  
vivendo perdidii, quia perditè vixi,  
cor contritum, & humiliatum, Deus,  
non deficies.

16